



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Auctoritas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

alium facit. Quarta, quòd clericus delinquens in hoc delicto, est ipso facto degradatus, adeò quòd iudices seculares possint pcedere contra eum sicut contra laicos, absque ulla degradatione, Diaz loco citato, Covar. pract. q. 6. 32. n. 2. v. 1. in ult. Foller. in addit. ad Maran. 4. p. dist. 2. n. 76. Paris de Put. de iudic. in ver. inquisitio, capit. 3. n. 13. & 14. Covar. loc. citat. ver. 1. in ult. qu. 4. p. & Boss. de foro comp. n. 142. Boer. decis. 69. n. 18. Guid. Pap. q. 138. num. 5. & Boer. decis. 69. n. 17. ubi dicit, quòd clericus ter monitus, etiam trina monitione generali, & incedens in habitu, & tonsura, habetur pro degradato, quod congruit cù sacro Concil. Trident. sess. 14. capitulo 6. de reformat. ubi dicit sufficere monitionem per edictum publicum. Quinta, quòd clericus mandans, vel faciens unum ex actibus prædictis non excommunicatur, nec incurrit aliquas censuras, capit. quarrenti de verb. signifi. ista conclusio patet ex dictis, & ex omnibus Doctoribus citatis, & ex Covar. loco cit. vers. secundo, & Cajet. in sum. verb. assassinus, & in ver. excommunicatio, capitul. 16. de aliis concomitantibus vel requisitis in assassinio, vide Boss. & Capyc. & alios criminalistas.

Dubitatut quando fiunt banna, seu indulta, ut quicumque interfecerit talem assassinum, vel diffidatum vel bannitum, vel contumacem, gaudeat indulto vitæ, vel lucretur tantum præmii, utrum hoc liceat sine peccato mortali? Respondetur ex Sylvest. loc. cit. n. 3. §. 3. & in ver. homicidium, 1. n. 7. §. 3. Angel. loc. cit. numero 2. ubi dicunt, quod sic, modò fiat

zelo iustitiæ, Sot. lib. 5. qu. 1. art. 3. de iust. & iure. non satis videtur admittere hoc, immo reprehendit Venetos hoc facientes, tamen concludit, quòd ubi fieret purgata conscientia sine odio, & iracundia, licere, vide Fel. in cap. que in Ecclesiasticum n. 14. de constit. Boss. de for. comp. n. 142. & ut. de heret. n. 29. & tit. de defen. reorum, n. 63. idem affirmat & loquitur de iure canonico, fundans se in d. c. 1. de homic. lib. 6. ergo licet in conscientia, quia ius canonicum præcipue respicit animam, c. ut animarum, de constit. lib. 6. & ibi Gozad. n. 2. & infra, vide Bal. in margarita. Inn. in ver. excommunicatus, ubi dicit, quod licet occidere bannitum, etiam extra territorium bannientis, Abb. in c. 1. n. 9. de convers. infidel. vide Covar. libro 5. §. homicidium, vers. sed nunquid.

AUCTORITAS.

PRImò. Auctoritas sacra Scripturæ potest allegari in causis c. 1. & ibi, Gem. de re iudic. lib. 6. Secundò, an idem sit de auctoritatibus Sanctorum, vide Iter. in pralud. feud. 46. & 47. & Innoc. in c. cum venerabilis, n. 6. de except. Tertio, de dictis Theologorum, Philosophorum, Historicorum, Proverbiorum, & aliorum rationabilium dictorum, vide Melchior. Canon. tract. de loc. Theol. & Doctores in l. 1. si certum petatur Bar. ibi à n. 13. & infra Abb. in c. estote, n. 2. de neg. iur. Fel. in c. 2. char. ultima, de rescrip. & in c. ne innitaris, de constit. Barbat. in c. 1. de offic. deleg. Anani. conf. 62. Præpositi. in proöm. decr. Quarto, & an possit allegari ratio naturalis, & sufficiat? vide Abb. in c. ratio nulla

*Nulla. n. 1. de preb. & Abb. in c. cum Apo-
 stolica, n. 4. de his, quæ sunt à prel. c. 1. c. 1.
 in c. certificari, n. 3. de sepul. c. cap. penul. de
 secun. nup. in c. cum sint, n. 2. de decimis. tex.
 glos. in ver. quam rationis, & Gemi. in c.
 ex eo initio, de elect. lib. 6. Quando, an au-
 thoritas alicujus Sancti prævaleat aucto-
 ritati summi Pont. vide eundem in c. tua
 num. 5. de decimis. similiter si aliquis gra-
 tis hæsitaret de Illustrissimorum Cardi-
 naliū sacrarum Congregationum in
 urbe declarationibus, quod an idem ro-
 bur habeant, sicut si à sum. Pontifice
 fuissent emanata. Respondetur ex eadem
 sac. Congregatione, n. 264. in meis; in hæc
 verba. Eadem ratio habenda est de his,
 quæ scribuntur à Cardinalibus sac. Con-
 gregationis sac. Concil. Trid. nomine ip-
 sius Congregationis.*

A B B A S.

Primò. Quos ordines possit confer-
 re, & an literas dimissorias ad ordi-
 nes ecclesiasticos concedere clericis secu-
 laribus sibi subditis, vide Concil. Trident.
 sess. 23. c. 10. de refor. & declarat sac. Con-
 greg. 190. ubi quoad secundam partem
 respondetur negativè: his verbis, Nulli
 Abbati, quibusvis munito privilegiis, li-
 ceat condere dimissorias cuiquam cleri-
 co seculari, similiter nec Præposito, licet
 sit Cardinalis, similiter nec Archipres-
 bytero exempto, quamvis habeat jurisdic-
 tionem ordinariam; ita fuit respon-
 sum à sac. Congregat. declaration. 513.
 in facto Illustriss. Cardinalis Medices,
 Præpositi terræ Prati, & pro Archipres-
 bytero terræ Colli, & pro Archiepiscopo
 Barësi, de mense Junii 1576. & 1579. Secū-

dò, quòd hoc intelligi debet de veris Ab-
 batibus, non de Commēdatariis, ut dixi
 in ver. beneficium, ver. commenda. ut sunt
 Abbates habentes usum deferendi ba-
 culum, & mitram, ut sunt Abbates Bene-
 dictini, & alii, prout in c. cum contingat,
 de arat. c. 1. c. 2. 2. 5. d. c. Abba-
 tes, de priv. 1. 6. Summa sac. de sacra ord.
 q. 243. Syl. in ver. ordo, 3. §. 2. ubi habetur,
 posse eos dare omnes quatuor ordines
 minores, Host. in d. c. Tertio, hoc limita,
 quòd non possunt conferre hos ordines
 secularibus, Episcopi jurisdictioni subje-
 ctis, nisi accedat ipsius consensus, & à
 dicto Episcopo literas dimissorias quis-
 que impetraverit. in sac. Cong. declar.
 290. & 470. ex qua declarat. deductur.
 Primò, posse Episcopum dare hos
 ordines minores, & alios clericis seculari-
 bus subiectis jurisdictioni ipsorum Ab-
 batum, & non jurisdictioni dicti Episcopi,
 modò sint intra ambitum suæ dice-
 cesis sine dimissoriis ipsorum Abba-
 tum. Secundò, deducitur ex dicto c. 10.
 Conc. Trid. quòd nec possunt dare ipsi
 Abbates hos ordines minores regulari-
 bus, qui ipsis subditi non sint, nisi acce-
 dant literæ dimissoriales suorū prala-
 torum, & consensus Episcopi, juxta ca-
 jus diocesim Abbas ordinator commo-
 ratur. Quartò, an sufficiat ut solùm sint
 electi ad hoc, ut possint conferre præ-
 scriptos ordines, & quòd non sint bene-
 dicti, vel consecrati, prout in Pontificali,
 & videtur quòd sic, & per ea, quæ dicit
 Selv. tract. de benef. p. p. q. 2. n. 54. & facit
 c. 1. & ibi gl. in ver. alia de supp. negl. prel.
 & quia hodie, aut ratò, aut nunquam
 isti Abbates benedicuntur, aut conse-

B 3 crantur,